

Pictores imitantur artem naturam. & colores coloribus per
miscentes. Visibiles corporum depingunt imagines. & fa-
ciunt homines. & animalia. & arboreas. & reges. & rusticos. & bar-
baros. & pugnas. & rixas. torrentes sanguinum. & lanceas.
& loricas. & scuta. & sedem regalem. & imperatorem sedentem.
& barbarum subditum. & gladium acutum. & fluuios decurren-
tes. & campos uariis floribus adornatos. & omniaque uiden-
tur per artem imitantes. mirabilem historiam uidentibus
prestare. Sic & prophete. uelut quidam pictores sunt uirtutum
& militum. Describunt enim & illi peccatorem. iustum. peniten-
tem. stantem. cadentem. surgentem. titubantem. & sicut faci-
unt pictores occidentes & occisos. sic & prophete faciunt.
Quando quidem insurgentia peccata. quando etiam & allisa.
Eodem modo & demones in pugnantem. & homines fletus
& sepugnantem. sic & diabolum insidiantem & uictum. qm ergo
talis est eorum descriptio. ^{ut &} uenice aut hęc eadem addiscamus.
& ista quidem de foris considerantes imagines. nihil adquiri-
mus lucri. Quid enim mihi prodest regis & consulis imaginem
intueri. cum neq. rex fieri possim. nec quidem cupio. Quærit
mihi utilitas uisionis. cuius desiderium non habeo. quod & fide si-
derauero punior. Quid mihi proderit hominem uidere locuple-
tem & inopem. Si enim pauper fuero. libere tabesco. & si diues
fuero. similiter alius inuidiam ero. Dimitte illas imagines. &
considera hanc historiam. Si uidero consulem quid ad me. Quod si
uidero peccatorem cecidisse & surrexisse. erit mihi uisio ad doc-